



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Suumma [!] de laudibus christifere virginis Marie**

**Albertus <Magnus, Heiliger>**

**Colonie, 1502**

**VD16 A 1357**

De suffice[n]tia virtutu[m]

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69610](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69610)



## De castitate fo. lx.

tualiter et inter omnia referre ad deum habitualiter. medium est referre actualiter omnia ad deum cum primum pertinet ad statum prophetis. secundum ad statum viatoris. igitur medium ad statum medium. hic autem est status beatissime virginis. igitur omnia opera sua in deum reuertit actualiter. et hoc est recte uti licet in summo. igitur ipsa sola habuit in summo fructum castitatis. patet igitur quod ipsa habuit omnes fructus spiritus in summo.

¶ Nec autem concedimus omnia et credimus esse vera. sicut ex veris et probabilibus per ordinem sunt probata. Ad expressiorem tamen predictorum intelligentiam. et ad videndum gratuitorum perfectionis differentiam quam in plenitudine gratie beatissime virginis omniphariam disputamus esse comprehensam. Nota quod gratuita perfectio potest comparari ad duo. ad illud in quo est ut in subiecto. vel ad illud ad quod est vel ad quod ordinat ut ad actum obiectum vel finem. Secundum comparisonem quam habet ad illud in quo est sumunt fructus. perfectio enim gratuita delectat proprium subiectum et reficit ipsum. et secundum hoc appellatur fructus. Comparatio autem ad id ad quod est vel ad quod ordinat potest esse duobus modis potest enim esse illa comparatio vel secundum statum vel secundum actum. Si secundum statum sic sunt beatitudines que determinant statum perfectum secundum perfectionem gratuitam per modum vite. et est determinatio status per effectus completissimos et excellentissimos vite. ut est omnia relinquere. sua et aliorum peccata deffere et animam pro proximo ponere. et horum similia. Si autem illa sunt secundum actum hoc potest esse dupliciter. potest enim perfectio esse gratuita quantum ad actus primos primo in agere gratuito proficietes. vel quantum ad actus secundos. secundo quo ad consequentes actus et excellentes proficietes. Si secundo modo sic sunt dona. Si primo modo hoc potest esse dupliciter. quia primo ista perfectio in esse gratuito potest esse liberando a malo et sanando vel ad bonum ordinando primo modo sunt gratie sacramentales. secundo modo virtutes.

¶ Sufficiencia autem horum sacramentorum hec est. Cum enim sacramentum sit medicina contra lesionem a malo. Aut est se patium membrorum indigentiam secundum se singulatim vel in corpore ecclesie. Si secundum quod in corpore sic dividitur duobus modis. Aut ad multiplicationem fidelium carnalem. et sic est matrimonium. vel spirituale sic est ordo. Si autem est contra indigentiam membrorum secundum se ista quadruplex erit. prima est defectus originalis iusticie per originale culpam. secundo ex illo sequitur pronitas ad peccatum ad quam tertio sequitur actuale peccatum. post quod quarto sequitur infirmitas ad remediandum. Contra primum defectum ordinatur baptismus. Contra secundum confirmatio. Contra tertium penitentia. Contra quartum sacramentum eucharistie. post hec est quedam penalitas que non tollit omnino ut quedam infirmitas ex parte corporis in infirmitas venialis peccati ex parte anime. Contra hanc ordinatur extrema unctio.

¶ Sufficiencia virtutum sumitur hoc modo. Virtutum quedam immediate sunt in deum. quedam mediate. immediate autem virtutes

RS  
Dna perfectio  
gratiorum

Comparatio.

gratua perfectio.

Sufficiencia  
sacramentorum.

B.

Sufficiencia  
virtutum



## De sufficientijs

**Mediate.**

distinguitur secundum delectabile trium virium motuarum. fides respectu veritatis. spes respectu magnitudinis. charitas respectu bonitatis. Mediate vero sunt secundum tres actus trium virium. scilicet rationalis. irascibilis et concupiscibilis. qui sunt discernere. aggredi. concupiscere. penes discernere prudentia. penes concupiscere temperantia. penes aggredi fortitudo. quarta scilicet iusticia sumitur secundum ordinem ad alterum.

**Sufficiencia donorum.**

¶ De sufficiencia donorum. Donorum multiplicatio sic fit. aut enim doni actus est in malum pene. aut a malo culpe. aut eius actus est in bonum. Si primo modo erit donum timoris. Si autem fuerit in bonum aut est ad bonum quod est ad finem. aut est ad bonum consilij vel precepti. Si est ad bonum precepti aut erit ut dirigens. aut ut exequens. Si ut dirigens est donum scientie. Si ut exequens sic est donum pietatis. ¶ Item si ad bonum consilij. aut erit ut dirigens aut ut exequens. Si ut dirigens sic est donum consilij. Si ut exequens sic est donum fortitudinis. Si autem est ad bonum ut est finis. aut erit ut dirigens. aut ut exequens. Si ut dirigens sic erit donum intellectus. si ut exequens sic erit donum sapientie.

**Sufficiencia beatitudinum.**

¶ Sufficiencia beatitudinum hoc modo sumitur. Actus beatitudinum vie aut est in bonum. aut est in malum pene vel culpe. Malum autem pene aut est ex compassione rei delectabilis. aut ex compassione rei tristabilis. Tristabile vero aut est ex compassione in presenti inflictum. aut ex pena originali contracta. Si autem fuerit ex compassione rei delectabilis. abdicatio eius est beatitudo paupertatis. Si ex compassione inflictum in presenti sic est mititas. Si ex compassione originali contracta sic est luctus. Si autem fuerit in bonum. aut in bonum increatum. aut in bonum creatum. Si autem fuerit in bonum increatum. aut in bonum consilij. aut in bonum precepti. Si precepti sic est esuries iusticie. Si consilij sic est misericordia. Si autem fuerit in bonum creatum aut quantum ad intellectum. aut quantum ad affectum. Si quantum ad intellectum sic est mundicia cordis. Si ad affectum sic est pacificatio. Et sic patet sufficiencia beatitudinum.

**Sufficiencia fructuum.**

¶ Perfectio in virtutibus aut est quantum ad actus interiores. quantum ad actus exteriores. Si ad exteriores vel quantum ad gustum vel tactum. vel quantum ad alios sensus. Si quantum ad gustum vel tactum sic erit abstinere a licitis et hec est continentia. vel recte ut licitis et hec est castitas. Si autem quantum ad alios sensus sic est modestia. Si autem quantum ad actus interiores. aut ille erit irascibilis aut concupiscibilis aut rationalis. Si irascibilis. aut respectu illorum que sunt contra finem sic est patientia vel respectu finis et sic est loganimitas. Si autem est actus rationalis vel est quantum ad deum vel quo ad seipsum. vel quantum ad proximum. Si ad deum sic est finis. si ad seipsum sic est bonitas que est dulcedo animi. si autem est ad proximum. tunc vel est in bonum regedo motus concupiscencie et sic est benignitas. vel in bonum regedo motus



## De castitate fo. lx.

tualiter et inter omnia referre ad deum habitualiter. medium est referre actualiter omnia ad deum cum primum pertinet ad statum prophetis. secundum ad statum viatoris. igitur medium ad statum medium. hic autem est status beatissime virginis. igitur omnia opera sua in deum reuertit actualiter. et hoc est recte uti licet in summo. igitur ipsa sola habuit in summo fructum castitatis. patet igitur quod ipsa habuit omnes fructus spiritus in summo.

¶ Nec autem concedimus omnia et credimus esse vera. sicut ex veris et probabilibus per ordinem sunt probata. Ad expressiorem tamen predictorum intelligentiam. et ad videndum gratuitorum perfectionis differentiam quam in plenitudine gratie beatissime virginis omniphariam disputamus esse comprehensam. Nota quod gratuita perfectio potest comparari ad duo. ad illud in quo est ut in subiecto. vel ad illud ad quod est vel ad quod ordinat ut ad actum obiectum vel finem. Secundum comparisonem quam habet ad illud in quo est sumunt fructus. perfectio enim gratuita delectat proprium subiectum et reficit ipsum. et secundum hoc appellatur fructus. Comparatio autem ad id ad quod est vel ad quod ordinat potest esse duobus modis potest enim esse illa comparatio vel secundum statum vel secundum actum. Si secundum statum sic sunt beatitudines que determinant statum perfectum secundum perfectionem gratuitam per modum vite. et est determinatio status per effectus completissimos et excellentissimos vite. ut est omnia relinquere. sua et aliorum peccata deffere et animam pro proximo ponere. et horum similia. Si autem illa sunt secundum actum hoc potest esse dupliciter. potest enim perfectio esse gratuita quantum ad actus primos primo in agere gratuito proficietes. vel quantum ad actus secundos. secundo quo ad consequentes actus et excellentes proficietes. Si secundo modo sic sunt dona. Si primo modo hoc potest esse dupliciter. quia primo ista perfectio in esse gratuito potest esse liberando a malo et sanando vel ad bonum ordinando primo modo sunt gratie sacramentales. secundo modo virtutes.

¶ Sufficiencia autem horum sacramentorum hec est. Cum enim sacramentum sit medicina contra lesionem a malo. Aut est se patium membrorum indigentiam secundum se singulatim vel in corpore ecclesie. Si secundum quod in corpore sic dividitur duobus modis. Aut ad multiplicationem fidelium carnalem. et sic est matrimonium. vel spirituale sic est ordo. Si autem est contra indigentiam membrorum secundum se ista quadruplex erit. prima est defectus originalis iusticie per originale culpam. secundo ex illo sequitur pronitas ad peccatum ad quam tertio sequitur actuale peccatum. post quod quarto sequitur infirmitas ad remediandum. Contra primum defectum ordinatur baptismus. Contra secundum confirmatio. Contra tertium penitentia. Contra quartum sacramentum eucharistie. post hec est quedam penalitas que non tollit omnino ut quedam infirmitas ex parte corporis in infirmitas venialis peccati ex parte anime. Contra hanc ordinatur extrema unctio.

¶ Sufficiencia virtutum sumitur hoc modo. Virtutum quedam immediate sunt in deum. quedam mediate. immediate autem virtutes

RS  
Dna perfectio  
gratiorum

Comparatio.

gratua perfectio.

Sufficiencia  
sacramentorum.

B.

Sufficiencia  
virtutum



## De sufficientijs

**Mediate.**

distinguitur secundum delectabile trium virium motuarum. fides respectu veritatis. spes respectu magnitudinis. charitas respectu bonitatis. Mediate vero sunt secundum tres actus trium virium. scilicet rationalis. irascibilis et concupiscibilis. qui sunt discernere. aggredi. concupiscere. penes discernere prudentia. penes concupiscere temperantia. penes aggredi fortitudo. quarta scilicet iusticia sumitur secundum ordinem ad alterum.

**Sufficiencia donorum.**

¶ De sufficiencia donorum. Donorum multiplicatio sic fit. aut enim doni actus est in malum pene. aut a malo culpe. aut eius actus est in bonum. Si primo modo erit donum timoris. Si autem fuerit in bonum aut est ad bonum quod est ad finem. aut est ad bonum consilij vel precepti. Si est ad bonum precepti aut erit ut dirigens. aut ut exequens. Si ut dirigens est donum scientie. Si ut exequens sic est donum pietatis. ¶ Item si ad bonum consilij. aut erit ut dirigens aut ut exequens. Si ut dirigens sic est donum consilij. Si ut exequens sic est donum fortitudinis. Si autem est ad bonum ut est finis. aut erit ut dirigens. aut ut exequens. Si ut dirigens sic erit donum intellectus. si ut exequens sic erit donum sapientie.

**Sufficiencia beatitudinum.**

¶ Sufficiencia beatitudinum hoc modo sumitur. Actus beatitudinum. vie aut est in bonum. aut est in malum pene vel culpe. Malum autem pene aut est ex compassione rei delectabilis. aut ex compassione rei tristabilis. Tristabile vero aut est ex compassione in presenti inflictum. aut ex pena originali contracta. Si autem fuerit ex compassione rei delectabilis. abdicatio eius est beatitudo paupertatis. Si ex compassione inflictum in presenti sic est mititas. Si ex compassione originali contracta sic est luctus. Si autem fuerit in bonum. aut in bonum increatum. aut in bonum creatum. Si autem fuerit in bonum increatum. aut in bonum consilij. aut in bonum precepti. Si precepti sic est esuries iusticie. Si consilij sic est misericordia. Si autem fuerit in bonum creatum aut quantum ad intellectum. aut quantum ad affectum. Si quantum ad intellectum sic est mundicia cordis. Si ad affectum sic est pacificatio. Et sic patet sufficiencia beatitudinum.

**Sufficiencia fructuum.**

¶ Perfectio in virtutibus aut est quantum ad actus interiores. quantum ad actus exteriores. Si ad exteriores vel quantum ad gustum vel tactum. vel quantum ad alios sensus. Si quantum ad gustum vel tactum sic erit abstinere a licitis et hec est continentia. vel recte ut licitis et hec est castitas. Si autem quantum ad alios sensus sic est modestia. Si autem quantum ad actus interiores. aut ille erit irascibilis aut concupiscibilis aut rationalis. Si irascibilis. aut respectu illorum que sunt contra finem sic est patientia vel respectu finis et sic est loganimitas. Si autem est actus rationalis vel est quantum ad deum vel quo ad seipsum. vel quantum ad primum. Si ad deum sic est finis. si ad seipsum sic est bonitas que est dulcedo animi. si autem est ad primum. tunc vel est in bonum regedo motus concupiscencie et sic est benignitas. vel in bonum regedo motus